per ipsum cessit possessa ad successores ipsius Margarethae pleno
et integre iure sine quavis contradictione successorum praedicti ni-
sil devolvuntur devolvique debent. Etiam sibi exinde in bona
praefata sibi modo praemisso inscripta decernit admittendique in-
tromittendum cum actuali possessione. Nihilominus praefati conju-
ges se sibi invicem et mutuo cum successoribus obligant praesentem
184 inscriptionem ex his actis ad acta quaecunque authentica regni Po-
loniae ante decursum unius anni transferre transportare sim-
literque recognitionem vel si opus fuerit meliorem facere sub poenis
terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iura-
mento taxandis. Pro quibus quidem poenis terrestribus si se unus alte-
rum cum successoribus ad iudicium seu officium praesens castren. Pre-
mislien. citare permiserit, extunc a terrae districtibus incolisque
suis quibusvis exemptus coram eisdem iudicio seu officio in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere
ac pro praefatis poenis terrestribus omnibus exceptionibus contro-
versiis, praescriptionibus, contradictionibus, motionibus, ap-
pellationibus earumque prosequutionibus, vera vel simplici infir-
mitatibus, actione pro maiori, ac quavis dilatione non
petenda, legalibus quibusvis impedimentis, poena trium marcarum
et triplici poena ac aliis omnibus cautelis dilationibus iurisque
remediis remotis et in partem reiectis satisfacere unus alteri
cum successoribus tenebitur quando opus fuerit tenebitur. Nulla
praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Actum in castro Praemislien. feria quinta post
3/XI festum omnium sanctorum proxima Anno domini Millesimo quin-
gentesimo septuagesimo quinto. Coram Generosis Victorino Kowal-
skij Vicecapitaneo Dobrogostio Lapalskij Notario castren. Premi-
slien. officio et actis.

Szufnarowsczij donant Kozlowskij

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus
castren. Premislien. nobiles Marcianus Joannes et Maximi-
lianus Szufnarowscy in Szufnarowa haeredes fratres germa-
ni videlicet manu coniuncta et individua, recedendo a terris et
districtibus ac aliis omnibus propriis iuribus suis quibus
bona eorum subiacent et huic iurisdictioni castren. Premi-
slien. se cum omnibus bonis ubicunque habitis et habendis ac suc-
cessoribus suis incorporando ad respondendumque ratione infra
scriptorum subjiciendo, sani mente et corpore existentes non coa-
cti nec seducti, neque aliquo dolo errore circumventi, sed ami-
corum suorum salubri consilio publice libere personaliterque
recognoverunt. Quia bona sua haereditaria videlicet totam et integram
villam Szufnarowa in terra Sandomiriensi et districtu Pil-
znensi iacentia ad eos tam post mortem nobilis olim Joannis
Szufnarowski patris quam etiam nobilis olim Hieronimi Szu-
fnarowski patrui ipsorum sterilitate defuncti iure natura-
lis successionis devoluta et eos concernentia, nec non et inscriptiones
omnes praesentatiasque personas status sexus cuiusvis existentes
super summas quasvis et bona quaecunque ipsis Szufnarowskim
factas ipsisque nunc olim in posterum modo quocunque in bonis
praefatis Szufnarowa et aliis ad id pertinentibus concernentes, cum
omni salvo et illaeso iure dominio et proprietate tituloque hae-
reditario, nec non cum omnibus et singulis eorundem bonorum in- 185
iacentiis pertinentiis quocunque nomine nuncupatis et aliis om-
nibus quovis modo spectantibus proventibus fructibus redditibus
censibus ac utilitatibus universis in eisdem bonis praefatis pro-
venientibus quae in eisdem bonis ad praesens existunt, aut in posterum
fieri augeri inveniri aut restaurari arte et industria vel in-
genio humano quoquo modo poterunt, nullis penitus exceptis
et iuris dominii proprietatis fundi et quorumvis usufru-
ctuum et utilitatum in praedictis bonis et circa ea nunc
pro se et suis successoribus penitus reservando seu excipiendo
ita tamen quod generalitas specialitati et specialitas gene-
ralitati in nullo deroget, sed ita late longe circumferenti-
aliterque, quemadmodum praefata bona videlicet tota et integra villa
Szufnarowa seu haereditas in suis metis et limitibus exten-
dit, et prout eandem villam praefatam ipsi tenebant habebant
et possidebant, prout ad eosdem post olim patrem et patruum
ipsorum totaliter devoluta est, Generoso Joanni Kozlowski et
eius legittimis successoribus dono perpetuo et irrevocabili do-
nationis dederunt donaverunt et inscripserunt perpetue et in
aevum irrevocabiliterque assignaverunt, prout et praesentibus dant
donant condescendunt, inscribunt atque assignant
perpetue et in aevum irrevocabiliterque. Per praefatum Joannem
Kozlowski et eius legittimos successores praedicta bona tota et in-
tegra villa Szufnarowa cum omni iure dominio et proprietate
tituloque haereditario perpetue et in aevum tenenda habenda pos-
sidenda ac utifruenda et in usus suos beneplacitos libere conver-
tenda prout ipsi et eius successoribus utilius videbitur. Et
tam ipsi Marcianus Joannes et Maximilianus Szufnarow-
scy recognoscentes praefato Joanni Kozlowski iure here-
ditario dant praesentibus realem intromissionem et actualem pacifi-
camque possessionem in praefata bona villam Szufnarowa et alia
ad ea pertinentia per ministerium terrenum illius terrae et districtus
quemcunque sibi eligerit intromittendum, etiam sine cuiusvis
iuditii aut officii additione. In quorum bonorum pacifica pos-
sessione debebunt ac tenebuntur praedicti Marcianus Joan-
nes et Maximilianus Szufnarowscy eosque et suos successores
in et super certis bonis suis haereditariis et obligatoriis mo-
bilibus et immobilibus ubicunque habitis et habendis inscribunt
et obligant, praefatum Joannem Kozlowski et eius successores ratione
praemissorum bonorum eo modo sibi donatorum ab omnibus
oneribus iuribus periculisque contractibus, ordinationibus ante-
cessorum suorum et quibusvis inscriptionibus, reformationibus
et sententialitatibus prioribus et posterioribus per antecesso-
res cuiuscunque personarum quomodolibet factis et fatiendis, nec
non citationibus, concitationibus, iurisdictionibus impetratis
et impetrandis, lucris productis ac rebus iudicatis et pro-

Boratinsky obligat Bolianowski